

Potestas superioris potest omnino extingui, aut non omnino, numero 5.
De potestate tutoris, & curatoris omnino extinguatur lapsu impuberis, & minoris etatis nu. 6.
Traditur duplex regula ad assequendum, quando vota emissa tempore subjectionis, nec postea confirmata possint irritari, nu. 7. & 8.
Pater potest post pubertatem irritare personale impuberis votum, quod post eam non est confirmatum, nu. 9. Et ibi quid de voto emisso in tempore pubertatis, aut conditionali?
Quid, si id votum sit reale, & post pubertatem confirmatum est? num. 10.
Quid de votis realibus post pubertatem emissa, aut ante illam, & post illam confirmata, an possit pater irritare, quando filius est sui juris effectus per emancipationem, nec tunc est confirmatum? Refertur quaedam sententia, nu. 11.
Explicatur sententia Auctoris, nu. 12.
Quid de votis personalibus, & realibus emissa ante pubertatem, nec post illam confirmata, an possit pater post emancipationem irritare? nu. 13.
Quid de tutore, cuius tempore votum impubes emisit, nec tunc irritavit, nec est post pubertatem confirmatum? num. 14.
Quid de curatore, siue sit idem, qui prius erat tutor, siue alter, an possit irritare vota personalia ab impubere emissa, nec post confirmata? num. 15.
Quid, si id votum impuberis erat reale, nec post pubertatem est confirmatum, aut si post pubertatem emissum est, aut tunc confirmatum, an possit irritare curator, quando alter est sui juris effectus, nec in hoc tempore confirmatus? numero 16.
Quid dicendum de votis, quae poterat mater irritare, nec irritavit tempore impuberis, aut pubertatis? num. 17.
Quid de votis emissa tempore integri matris, nec tunc irritati, nec post divortium confirmata, an possint post divortium irritari? num. 18.
Quid, si post divortium confirmata sunt, aut ex tempore facta? num. 19. & 20.
An praelatus possit irritare vota religiosi tempore subjectionis emissa, quando hic religiosus est iam Episcopus, aut alio modo exemptum à sua jurisdictione, nec post confirmavit? numero 21.
Quid, si ab religione redeat, quomodo sit votum tempore exemptionis emissum, aut tunc confirmatum? nu. 22.
An vota emissa tempore religionis, nec post ejectionem ab ea, confirmata, possint post ejectionem, aut condemnationem ad trinitatem, aut quando ex licentia sunt extra religionem, irritari: etiamsi hi postea redeant ad religionem? à num. 23. usque ad 27.
Quid, quando religiosi ad aliam religionem transferre, an possit praelatus irritare vota tempore novitatus emissa in prioribus, nec tunc confirmata, aut tunc confirmata, siue emissa? nu. 28. & 29.
Quid, si postea ad priorem, aut ad aliam religionem legitime redeant? num. 30.
An vota fervorum possint irritari à domino, postquam illius servitate liberati sunt, nec tunc confirmata? Refertur quaedam sententia, nu. 31.
Explicatur sententia Auctoris, nu. 32.
An vota omnia praedicta irritata revocantur? nu. 33.
Solentur argumenta, nu. 34.
Post nu. 34. invocentur alia summaria, quae desiderantur.

Questionem hanc ita universaliter disputandam apud nullum inveni, sed de filio solet disputari, & obiter de seruo. Sed quia in reliquis etiam subditis dominatibus alterius potestati, locum habet: ideo eam inter generales omnium votorum irrationes pertrahendo. Exempla autem sunt. Religiosus vocit quidam pater, filius sub patre, aut tutore constitutus id, aut votum reale promittit, aut pubes sub patre, aut curatore votum reale, seruis religionem, quae tempore subjectionis non sunt irritata, nec post subjectionem confirmata, an possint soluta eius superioris potestate ab eo irritari. Ut si religiosus sit jam sub alio superiore, aut creatus Episcopus, aut eiectionis: vel impubes jam est factus pubes, aut sub alio tutore: vel pubes est effectus sui juris: vel seruis est liber ab ea servitute, aut omnino liber. Et in coniugibus habet quoque locum, ut si conjux votum tempore matrimonii integrum, nec post divortium est id votum confirmatum, an tunc possit irritari? Quamvis enim tunc daret matrimonium vinculum, ad dissolutum subiectionem. Nec disputatio praesens est, quando tempore voti emissa vocens erat omnino sui juris: quia de hoc tractabitur c. 57. Nec etiam est, an sequens superior possit irritare vota tempore prioris emissa: quia satis de hoc egimus c. 28. Sed praesens quaestio est de superiore, cuius tempore votum factum est, & à cuius voluntate pendebat, ut illud irritare possit, an quando tunc non irritavit, nec post subiectionem est confirmatum, an possit ea transacta irritare, sicut prius poterat.

Consulit autem dixi, quando vota non sunt confirmata, constat apud omnes, nequaquam possit irritari à superiore, cuius tempore sunt emissa. Quia perinde est, ac si post subiectionem denuo fiant: & ita nullatenus imbibunt conditionem pendente ab illius praeteritis superioris consentit. Quando autem dicantur confirmata, & an haec con-

firmitio sit respectu solius subditi, an etiam superioris dicemus à nu. 35.

Duplex ergo quaestio est disputanda. Prior de potestate irritandi haec vota non confirmata post finitam subiectionem. Posterior, quando censentur confirmata.

1. **Quaestio prior.** An superior possit irritare vota post finitam subiectionis tempore lapsam, quae sunt eius tempore emissa, nec confirmata post finitam subiectionem? Quia cum potestatem negat. Dicitur tunc, quod potestas irritandi vota sit solum concessa durante subiectione, verbi gratia, personalia impuberis usque ad pubertatem, &c. Ergo ea finita cessat potestas. Sicut iurisdictione quaecumque ad tempus limitatum concessa spirat eo transacto. Et confirmatur, quia ea subiectione transacta censetur pater quasi persona privata respectu personalium impuberis votorum, & quasi iudex functionis omnino officio, qui nili iudicii exercere potest. Quamvis enim maneat adhuc pater, ad non habet jus irritandi ea vota, quatenus pater est, alias quocumque tempore emissa possit irritare: sed quatenus habet curam personae impuberis, quae tamen durat usque ad solam pubertatem, & ideo personalia est tunc facta neque irritare. Secundo, quia nemo admittit vota servi, qui tunc potestate servitutis irritari à domino poterat, posse quoque ea cessante. At eadem est ratio in reliquis subditis, quando tempus subiectionis transit. Et haec sententia est satis probabilis, etiam tenere videtur Rosella loquens in impubere, in summa, verbo votum 2. numero 13. in conclusione 3. ubi ait votum impuberis post duram impubertate irritari à patre, & tunc non irritatum obligare efficaciter. At si ea transacta possit adhuc irritari, non obligaret efficaciter, sed dependenter adhuc à paterno consensu. Et eam expressum tenent alii loquentes de personalibus impuberis votis, & de votis fervorum, tunc non irritatis, & quavis aliorum subditorum non meminerit, idem tamen de illis dicent, militant enim omnino eadem rationes in illis. Illi sunt sicut libro septimo de iuris. quaest. tertia art. secundo dubio ultimo, Aragon. 2. 2. quaest. 88. art. 9. in fine, Angles floribus 2. parte quaest. unica de voto, art. 7. post 12. difficultatem, in dubio 7. Manuel. 2. tomo summa cap. 91. numero sexto conclus. quinta Vega 2. tomo summa cap. 129. casu 90. & 91. Et loquens de solo impubere tenet Alcega summa cap. decimo sexto ubi de potentibus irritare vota, conclusio quinta, fol. 55. pagina prima, Insuper idem dicitur Sotus, & Aragon. de votis realibus puberum, negant enim posse patrem ea irritare, quando iam sui juris sunt effectus, etiam non sint tunc confirmata.

Sed ut meam sententiam explicem, oportet duo praemittere. Primum est. Dupliciter potest se habere potestas prioris superioris, cuius tempore vota sunt emissa. Aut enim ea non omnino extinguitur, transacta tempore destinato irrationibus votorum, sicut contingit in patre, cuius potestas ad irritanda personalia impuberum vota, & cura personae impuberis cessat eorum pubertate, non tamen omnino, quia manet quae ad vota realia, & aliqualem personam curam. Ut n. 9. latius explicabimus. Aut ea potestas profertur extinguitur. Ut contingit in praelato religionis, domino, quorum tempore est votum emissum, & iam in illis spiravit officium, & in hoc dominium.

6. Postquam est, discernit inter tutorem, & curatorem, & quando utriusque officium finitur. Dissant ergo in hoc, quod tutor datur principaliter personae. Ut constat ex §. Ad certum tempus in fine, in iuris. qui testamentum tutoris, ubi: Persona, non causa, vel rei tutor datur. Secundario autem datur rebus. Ut constat ex §. Datus, in iuris. de excusatione tutor. ubi: Datus autem tutor ad universum patrimonium domus esse creditur. At contra curator datur principaliter rebus, & secundario personae, l. In copulandis 9. C. de nuptiis ubi: Nec curatoris, qui solam rei familiaris sustinet administrationem. Et docent expressè Glossa dicto §. Ad certum tempus, verbo Persona. Et loquens de curatore tradit hoc idem Molina tomo 1. de iuris. de separatione 220. etiam in 4. versiculo Curator praecipue. Nec obstat dicti ea l. In copulandis, curatorem solum rei familiaris sustinere administrationem. Quippe id dicitur eo quod principaliter datur ad id. Sicut etiam dicto §. Ad certum tempus, dicitur expressè dari tutorem solum personae, & non rei: cum tamen constat ex dicto §. Datus, dari etiam rebus secundario. Insuper tutor datur §. Datus, in iuris. ubi, usque ad pubertatem, quae completa cessat statim, in iuris. quibus modis tutela finitur, in principio, ubi: Pupilli, pupillaeque cum puberes esse coeperint, à tutela liberantur. Concordat lex 12. regia, ad finem, & lex finalis in l. 6. p. 6. Et ita finiri tunc ipso iure, late probat Aldebrandinus eadem in fine, in principio, nu. 15. Et constat, quia alia male diceretur tunc pupillum liberari tutela. Idem probatur ex l. Lucius 17. §. Pulus ff. de administrat. & petis. tutor. ubi decenteritur fiduciariorum tutoris non teneri de iis, quae tutor sponte sua post pubertatem administravit. At teneretur utique, si officium tutoris non spirasset. Et ex l. Ita autem §. Si tutor, ff. eodem tit. ubi decenteritur teneri tutorem admore pupillum factum puberum, ut curatorem petat. Ergo iam eius officium cessavit. Tandem quia datum ad certum tempus cessat ipso iure per eius temporis lapsum. Cum ergo tutor ad solam usque pubertatem datur, ea comparata cessabit profertur. At curator datur puberibus, duraturque toto minoris aetatis tempore, necpae, ad vigi-

nam quantum annum completum. Constat ex inf. de curatorem, in principio, ubi: Masculi quidem puberes, & feminae virgines, usque ad vigintiannum annum completum curatores accipiunt. Et concordat lex 12. in fine tit. 16. p. 6. Atque finiri tunc ipso iure, constat ex ratione proxime tradita. Cum enim ad praeteritum tempus datur, cessat solo eius temporis lapsu.

7. His suppositis, duplex est regula tradenda ad diiudicandum, quando haec votorum irritatio possit lapsa subiectionis tempore fieri. Prior est. Quando potestas superioris, cuius tempore votum emissum est, non est omnino extincta, aut omnino suspensa, sed quo ad aliquid manet, potest irritare votum subiectionis suae tempore emissum, etiam illam iam transierit, dummodo eo transacto non sit de novo confirmatum. Haec regula probatur ex dicendis nu. 9. ubi hinc corollarium interitur, & proponitur rationes, & Auctores illius.

8. Posterior regula est. Quando ea superioris potestas est omnino extincta, aut omnino suspensa, nequit irritare ea vota. Haec etiam probatur ex dicendis nu. 14. ubi rationes, & Auctores similiter referuntur.

9. Ex his deducitur primo, patrem irritare posse personalia impuberum vota, non confirmata post pubertatem, quavis illi iam facti sint puberes, & ita non subdantur patri quo ad vota personalia deinceps emittenda. Ratio est, quia ea vota imbibere conditionem pendente ex patris consensu, ob imbecilliam, ac imperfectum impuberum iudicium: quam conditionem, & defectum maturi consensu non amittit vota lapsu impuberis, cum nulla in eis sit facta mutatio. Nec omnino extincta est patris potestas circa personam pueri iam pubertatem adepti: quia etiam ex tunc primario ei incumbat cura, & administratio rerum, ut quo ad aliquam correctionem, vel directionem, si necessaria fuerit, & ideo nequit licite matrimonium inire inconsulto patre. Et confirmatur, quia alia republica in hoc deficiet non satis prospiciens imperfectioni, ac imbecillitati iudicii in votis impuberum inventis: cum transacta pubertate durent eadem imperfectio, & imbecillitas circa actus impuberum praeteritis, ex quibus obligatio praesens oritur: & pater caritatis potestatem propiciendi illi imprudenter. Ergo ne in re tam necessaria reipublicam deficiat dicimus, concedenda est ea facultas patri. Haec etiam partem optime confirmat textus c. Finalis, de sentent. excom. ubi decenterit impuberem posse ab Episcopo post pubertatem ablovi à persequione clerici tempore impubertatis facta, etiam nequeat à facta post pubertatem: & subditur ratio his verbis: Cum postea defectum aratis, in qua sunt commissa excessiva rigor sit mansuetudine temporaria. Qui textus clarè probat in usu potestatis concessa circa actus impuberum, non spectandum tempus, quo in actus illis potestas exerceretur, sed tempus, quo effectus sunt. Quae Abbas ubi numero 2. ex eo textu colligit beneficium concessum favore minoris aetatis, non extinguitur, ubi semel habere locum coepit, adventu maioris aetatis. Tandem quia religio in integrum minoris aetatis concessa non extinguitur lapsu maioris aetatis, circa contractus tempore minoris aetatis, sed quadriennio post majorem aetatem durata, l. Finalis C. de temporibus in integrum restitutionis, & c. Constitutus, in iuris. glossa verbo Tempus, de in integrum restitut. Et ideo haec partem tuerent Casan. 2. 2. quaest. ultim. art. 5. parvo post principium, Navarr. summa Latina, & Hispana cap. 12. num. 71. & Hispana cap. 28. addit. ad eumdem m. Leon. d. i. 2. de iustitia cap. 40. dubio 10. numero 79. Petrus de Ledesma. 2. tomo summa, tra. 10. cap. 7. dub. ultim. d. 7. Graffus 1. parte decis. l. 2. c. 29. num. quarto Valer. 2. 2. disput. 6. quaest. 6. punct. 6. quaest. ult. col. penult. vers. Nihilominus probabile est, Azor. tomo 1. in iuris. moral. lib. 11. cap. 17. quaest. 7. Lud. Lop. 1. parte in iuris. conscientia c. 48. column. 2. vers. Votum religiosi, & column. 4. vers. Votum solenne & vers. Sed oppositum Vitalis candellario sacram. 3. parte cap. 14. num. 101. dicens ita olim tenuisse suos magistros. Philibertus de officio sabo votum, ubi de voti irrationibus num. 5. Philibertus de officio sabo eorumdum tomo 1. p. 2. l. 3. c. 18. vers. Quo ad vota filiorum, Beia in suis responsis 1. p. casu 39. à vers. His ita praclaratis, usque in fine m. Llamas in iuris. de voto, l. 6. c. 6. num. 8. Sayro in c. vni regis de religione, tract. de voto, l. 6. c. 6. num. 8. Sayro in c. vni regis de religione, ubi & refert summam, quae Corona consistorium dicitur. Et aperte hoc indicat à contrario sensu Antonius Gomez in Bulla Cruciate, classis 10. num. 76. dicens non posse patrem ea vota irritare, quando post pubertatem sunt confirmata. De limitatione autem, quam apponunt Sayro, Philibertus, & Suarez, nisi haec vota sint à patre confirmata, dicemus à nu. 35. Atque nu. 50. & sequentibus dicemus, quid si id votum sit implendum post pubertatem, aut conditionale.

10. Quod si loquamur de realibus impuberum votis, si sint talia, quae post pubertatem emissa poterant à patre irritari, non est dubium posse, etiam post pubertatem irritari confirmata sint. Quia etiam tunc facta poterant irritari. Si autem facta post pubertatem non poterant irritari, ut si impubes habens peculium quasi caltrene voluit elemosinam, tunc confirmata post pubertatem, nequit pater irritare. Quia censentur tanquam tunc emissa. Si autem non sint confirmata, ea eadem ratio de illis ac de votis perso-

nalibus impuberum, non confirmatis post pubertatem. Quia eadem iudicii imperfectio militat in utroque. Et ideo utraque eo tempore emissa possunt à patre irritari. Ut dicemus in capite de votis filiorum irritandis. Et consequenter si post pubertatem non sunt confirmata, poterunt similiter ac personalia non confirmata irritari.

11. Secundo deducitur, quid dicendum sit de votis realibus à filiofamilias pubere emissa, aut ab impubere, confirmatis tamen post pubertatem, an pater ea possit irritare, postquam pubes est sui juris per emancipationem effectus, sicut poterat tempore, quo facta, aut confirmata sunt. Philibertus, & Sayro c. 10. num. 27. ubi utrumque numero 9. allegavi, asserunt posse, dummodo non sint post emancipationem confirmata. Dicitur, quia eadem videtur ratio de his factis post pubertatem, nec confirmatis post emancipationem, ac de personalibus impuberum non confirmatis post pubertatem: cum utraque tempore, quo emissa sunt, imberberit conditionem à patris consensu pendente, nec vota naturam suam mutantur, & in utroque casu est sola persona volentis mutatio.

12. Verum hoc dupliciter, & ita nequire irritari, tradit Suarez tomo 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 6. num. 11. in fine, & c. 5. num. 13. Ratio autem est, quia realia puberem vota nequit pater irritare, ratione imperfecti iudicii puberum: quia idem imperfectum iudicium est circa peculii caltrene administrationem, ideoque restitutum, quam minus minoribus ob iudicii imperfectum concedit l. ff. de numeris, concedit quoque circa peculium caltrene. Ut probant Covarr. lib. 1. variatum c. 5. num. 8. Faz. practica to. 1. p. 1. tempore secundo num. 22. Caldas l. Si curatorem, verb. Impuberum, a num. 38. C. de in integr. restit. Et tamen omnia fatentur vota de hoc peculio à pubere emissa nequit patrem irritare. Sed huius concessio ratio est, ob ne praedictum illarum administrationis paternae, quam circa adolescentia filiofamilias bona habet. At haec administratio cessat penitus, cum filius est sui juris, & sic materia voti est omnino mutata. Ergo nequit pater irritare. Praeterea quia eadem est ratio, quae traditur à Dodoribus, ne domino jus sit irritandi vota tempore servitutis emissa, eo transacto, ut dicemus nu. 32. Ergo idem dicendum est de his votis.

13. Divertit tamen dicere de votis personalibus, quibuscumque realibus, quae ante pubertatem emissa sunt, nec quae sunt confirmata, poterit enim ea pater irritare: quavis filius iam sit emancipatus. Quia per nullum temporis lapsum, nec per emancipationem filii, amittit pater potestatem in vota, quae fragili aetate emissa, cum semper illius iudicii imperfectio retineant. & ratione illius imbibitum conditionem pendente à patris consensu. Et ita tenet Saar. c. 6. num. 11. Et faciunt omnes DD. relati n. 9. qui absolute tradunt integrum esse patri post pubertatem vota antea emissa irritare, nec diffinere tempus postea, sed eam solam conditionem petunt: ne postea confirmata sint. Et id est verum, etiam jam filius uxorem duxerit, & sit extra parentum domum. Ut bene Saar. c. 6. in fine.

14. Tertio deducitur, quid dicendum sit de tutore, cui impubes tempore voti emissa erat subiectus, aut successit patri, alive simili tutore, an possit irritare vota impuberis, transacta iam impubertate, quae postea non sunt confirmata, sicut diximus posse patrem. Navarr. summa Latina, & Hispana c. 12. num. 71. Lud. Lop. 1. p. instr. conscientia. 48. col. 2. vers. Votum religiosi, & vers. Emmanuel Sa in summa, c. 1. Umas, Beia, Leonardus num. 9. relati idem de patre, & tutore. Atque id probat potest, quia quo ad omnia impuberis vota, vicem personae, & rerum gubernationem gerit in omnibus vicem patris. Atque idem dicit Feltonia, qui, ut num. 31. referuntur, adfert vota servi posse irritari à domino, post adeptam libertatem. Sed existimo hos doctores confundere nomen tutoris, & curatoris, de quo dicemus numero sequenti. Sed quidquid sit de hoc, nullatenus credo posse. Quia ea impuberis vota non pendebant à tutoris persona, sed ab officio, alias irritandi potestas non transiret in tutorem sequentem. Cum ergo statim adepta pubertate cesset profertur officium tutoris, & maneat omnino persona privata: ut num. 6. diximus, cessabit quoque conditio ab eo officio pendens, & sic quoque potestas irritandi. Et confirm. quia si intra impubertatem removerat tutor ille ab officio, nequit postea priora vota irritare, sed ea potestas ad sequentem tutorem transibit. Ergo idem dicendum, ut non possit, quando officio spirat ob ubertatem adeptam. Atque ita docet Saar. tomo 2. de religione, tract. de voto, lib. 6. c. 6. nu. 24. & 25.

15. Major autem difficultas est, quid dicendum sit de curatore dato illi impuberi post pubertatem, siue sit idem, qui prius erat tutor, siue alius, an possit irritare vota personalia emissa ab impubere tempore subiectionis patri, vel tutore, nec post pubertatem confirmata. Atque videtur tam par negans. Nam curator non succedit in potestatem tutorem, & patri competentem tempore impuberis circa personam impuberis, sed in solam potestatem circa res familiares distribuendas: curator enim non personae, sed rebus datur, l. In copulandis 9. C. de nuptiis, & ideo curator nequit vota personalia sui minoris irritare. Et ita docet Suarez num. praesed. relatus, At verius existimo posse. E-

ita sentiunt Auctores numero praeced. relati, cum agant de tutore irritatorum vota post pubertatem, & tunc non dicatur tutor, sed curator; & ita confundunt nomina. Ductor, quod univ. DD. agunt patrem, tutorem, & curatorem, quod ad potestatem irritandi vota, & dicunt tutorem succedere in eadem potestate, respectu impuberis, & curatorem in eadem respectu puberis, dum officia haec durant. Sed pater potest irritare ea vota post pubertatem. Ut diximus numero 9. Ergo & curator, dum eius officium durat: quippe ea vota manent imperfecta, ut prius erant, ratione imperfecti iudicii, & pendentia a conditione, nisi pater, aut succedens in illius potestate irritaret. Praeterea quia sicut potestas patris non omnino extinguatur post pubertatem quo ad personam impuberis, sed quo ad solam primariam potestatem, & respectu votorum personalium deinceps emittendorum: ita dicendum est de curatore, utpote, qui in omnes patris vires succedit: atque ita n. 6. probavimus curatorem non dari solis rebus minoris administrandis, sed id esse primario: at secundario dari ipsi personae minoris.

16 Respectu autem votorum realium emissorum post pubertatem, & quorumcumque ante pubertatem, nullam retinet irritandi potestatem, quando minor aetate viginti quinque annorum completam nactus est, quamvis non sint tunc confirmata. Quia statim cessat omnino eius officium, & est persona privata. Ut diximus n. 6. Et idem est dicendum, quocumque alio modo infra minorem aetatem id officium spiraret. Quia eadem est propria ratio.

17 Quarto deducitur, quid dicendum de matre, an possit irritare post pubertatem vota impuberum, non confirmata post illam. Et quidem quo iure possit, & quando irritare vota filii delinquo patre, tractandum est late in speciali cap. de potestate parentum ad irritanda filiorum vota sed supposito aliquando posse, procedit haec difficultas. Atque tenendo sententiam dicentem, matrem nulla vota filiorum irritare posse, nisi sit tutrix, aut curatrix ipsorum, idem prius de ea est dicendum, quando tutrix, aut curatrix illorum est, quod de aliis tutoribus & curatrix diximus. Quia eodem prolixo modo spirat officium in illa, ac in reliquis. At tenendo posse, ubi nullus est tutor, quamvis ipsa non sit tutrix, potest esse difficultas: quia cum tunc iure matris irriter, & semper maneat talis, videtur eadem potestate paterna gaudere, ut possit ea vota irritare post transfactam impubertatem. At id non credo. Quia univ. DD. minorum illi tribuunt in hoc potestatem, quam tutori, cum absque dubio asserunt potestatem tutoris ad irritanda impuberis vota, valde autem dubitent de potestate matris, non tutricis, & tantum eam illi pauci concedant, & hoc, quando nullus est tutor, quasi tunc gerat vires tutoris, utpote quae impuberem gubernat. Non ergo est illi amplius concedendum, quam tutori, cui numero decimo quarto denegavimus posse transfacta impubertate irritare. Item quia mater transfacta impubertate, nec personae, nec rerum filii curam habet, & ideo dicemus in speciali cap. de potestate parentum ad irritanda filiorum vota, eam minime posse irritare vota realia puberis, quae curator potest, etiam nullus sit tutor.

18 Quinto deducitur, quid dicendum de voce conjugum emissa tempore integri matrimonii, nec post divortium confirmatis, an possint tempore divortii ab altero conjugum irritari, eo modo, quo poterant illa manente matrimonio. Sic distinguendum est. Si non reintegratur matrimonium reconciliatione, aut eius instauratione per simile subsequens innocentis delictum, nulla est irritandi potestas etiam innocentis. Quia divortio durante est suspensa potestas. Item probatur ex c. 30. Num. ibi Vidua, & repudiata quidquid cooverunt reddunt. Ubi Absentis ea verba explicans ait, idem esse jus quo ad vota, de viduis, & repudiatis, quamvis fateat hunc locum non esse ad rem, aut parum facere. Quia per repudium dissolvatur in ea lege vinculum matrimonium, idque erat tunc, aut permixtum tantum, secundum unam opinionem, aut iuxta veriorum licitum. Ut probavi l. 10. de matrimonio, disput. 1. numero septimo. Sed ratione probatur, quia si loquamur de conjugum adultero, id constat, quia eo delicto amittit jus in innocentem, ita ut hic possit illo invito ad religionem transire. Ut constat ex c. Agostola 27. quest. 2. & ex c. Veniens, de consensu, consens. ibi: Super revocatione ipsius nullatenus est audienda. De innocente etiam probatur, quia durante divortio credit iure suo, liberatque conjugum subiectione, & servitute. Si verò reconciliari velint, conjugum innocens poterit ea delinquentis vota irritare, aut suspendere, eodem modo profusus, quo utramque poterat constanter matrimonio. Quia cum matrimonium tunc separatur in favorem innocentis, ac dependenter ab eius voluntate, nempe, dum ipse voluerit teum ad pristinam amicitiam restituere: nulla vota tempore matrimonii ad delinquentem emissa poterunt huic iuri praedjudicare, quoties ipse paces componit, sed potestas illa suspensa pristinam vires recuperabit. At sirens velit vota innocentis irritare, si fuerint eius generis, quae celebrato divortio obligant, ut vota castitatis, aut religionis, in tempore libertatis emissa, aut ante matrimonium, nequibit innocens paces componere, ne impediatur illorum

obligatio tunc vires habens: si autem sint alia vota, licebit instauratione matrimonii. Quod si revera instauratione, five licite, five illicite, paces componitis, aut ob similitudinem adulterium, licebit utrique omnia ea alterius vota irritare, aut suspendere, eo prolixo modo, quo ante divortium licebat. Quia cum matrimonio redeat ad pristinum suum statum, prior potestas divortio suspensa reviviscit. Et haec omnia vera sunt, five auctoritate Ecclesiae, five propria sit iuste in foro conscientiae divortium celebratum. Quia in utroque eadem militat ratio. Quae autem sint vota, quae possunt conjugum matrimonium integrum irritare, tractabitur in speciali c. de hoc.

19 Quando vero post divortium ea vota confirmata sunt, aut tunc emissa, est ita distinguendum. Si conjux reus ea emittat, aut confirmet, etiam castitatis, aut religionis sint integrum erit innocentis paces componendi, ea irritare, ac suspendere casu, quo id efficere posset circa vota integro matrimonio emissa. Quia cum divortium fiat in ipsius favorem, & dependenter ab eius voluntate, nequit alter illius iuri praedjudicare: ac prout quicquid voluerit, habet eandem tacitam conditionem, quam haberet, si illud matrimonium emittit esset votum: ne praedjudicaret innocentis volentis reconciliari iuri, quod ante divortium habebat. Quod etiam constat ex his, quae tradidi libro decimo de matrimonio, vota dispensatione decima. Si autem innocens illa tempore divortii fecerit, aut confirmaverit, sententiam est de illis, sicut de emissa ante matrimonium. De quorum potestate irritandorum dicemus cap. sequenti. Et ratio est, quia tunc innocens est omnino sui juris quo ad disponendum de sua persona, excepto transitu ad aliud matrimonium, ac prout potest vivere independentem ab altero.

20 Quare si innocens eo divortii tempore emittat votum religionis, aut castitatis, cum sit omnino sui juris quo ad haec implenda, tenetur ad illud, & nequit alteri remittere adulterium, ne vota haec infringere cogatur. At facta semel reconciliatione, aut instauratione matrimonii ob similitudinem innocentis adulterium, excusabitur pro tunc a religionis voto, donec soluto matrimonio, aut iterum alio iusto divortio secuto, liceat ingredi: & tunc etiam tenebitur ad integram castitatem, ac constanter priori matrimonio tenebitur solum ad non petendum debitum, ac si votum castitatis esset emissum ante matrimonium. Et idem profusus est dicendum, quando haec vota emissa essent antea, & tunc confirmata.

21 Sexto deducitur, quid dicendum de votis emissis a religioso, an possint a superiore irritari, postquam religiosus ille est creatus Episcopus, & sic a superiori regularium jurisdictione exemptus, ut privilegio speciali Pontificis, aut ratione Cardinalatus hanc exemptionem possidet, quando post eam non est confirmatum votum. Emmanuel Sa summa, verbo votum, ubi de votorum irritatione numero 5. affirmat praetulum religionis irritare posse votum religionis in religione emissum a praetulo regulari, licet ille religiosus sit jam creatus Episcopus. Quia eadem videtur ratio, ac de voto impuberis facti iam puberis, nec tunc confirmato. At contrarium est dicendum in omnibus hinc casibus. Quia cessavit eo tempore jurisdictione omnium religionis superiorum in illum, & tunc velut persona privata respectu illius, excepto Summo Pontifice, cui immediatè subiectus manet, non tantum instat aliorum Episcoporum, sed etiam tantquam supremo regularium praetulo, cui in religione votum obedientiae emittit. Ut dicimus libro sexto tractans de voto obedientiae. Atque ideo solus Pontifex poterit vota illius irritare. Atque ita affirmat Suarez tradens de religio facto Episcopo, remo secundo de religione, 177. de voto & libro sexto cap. septimo numero decimo. Quare fortiori ratione nequibit praetuli regulares, sed solus Pontifex irritare vota facta tempore Episcopatus, aut illius exemptionis.

22 Quod si deposita dignitate, aut eo privilegio cessante, aut renuntiatione illius facta, ad religionem redeat, poterit idem superior religionis, aut quicumque alius successor, non sola priora vota in religione facta irritare, sed etiam facta in saeculo tempore dignitatis, aut illius exemptionis. De prioribus constat, quia facta sunt tempore subiectionis praetuli regularibus, & quamvis potestas eorum postea cessarit, ac eo redeunte ad religionem iterum recuperat pristinam vires, & devolvitur potestas ad omnes praetulos religionis, & successores. Sicut praetulus religionis cessante officio nequit irritare vota suo tempore emissa, ac si rediret ad officium, posset illa, & emissa quoque postea. De posterioribus autem videtur major difficultas, quia videtur emissa tempore, quo religiosus ille erat sui juris. At dicendum est posse, quia tunc non erat sui juris, sed subiectus Pontifici, tamquam praetulo religionis, & ideo irritandi potestas competens Pontifici, tamquam praetulo regulari, competit quoque alii praetuli regularibus, quibus hic potestatem plenè subditur, utpote qui in eandem moraliter potestatem succedunt.

23 Septimo deducitur, quid dicendum sit de votis emissis a religioso, an si postea ejiciatur, possint ea vota postea non confirmata, aut alia postea emissa, irritari a superiore. Et quidem si loquamur de religiosis, qui per ejectionem

abfol-

abfolvantur penitus a votis religionis, & sunt omnino saeculares, quales sunt, qui post simplicia biennii vota, aut coadjutorum formatorem emissa in Societate Jesu, ejiciuntur, nequibit superior irritare facta in religione, nedum facta extra illam. Quia illa ejectione cessat profusus potestas in illos, & manent omnino saeculares, & sui juris.

24 Quod si hi ad religionem redeant, poterit Praetulus post vota biennii iterum emissa, irritare vota illius, quae prius, dum erat religiosus, emiserat, nec in saeculo sunt confirmata. Quia ea habebant conditionem imbitam, nisi superiores ille, aut succedens in eadem moraliter potestatem irriter. Sicut tutor succedens potest irritare vota pupilla, tempore prioris tutoris emissa, non obstante omni moda libertate, quam morte prioris tutoris, dum alius non est creatus, comparavit. Quod si loquamur de his votis ratificatis postea in saeculo, ac in illo postea emissis, idem profusus de illis est dicendum, aut si facta fuissent ante omnem ingressum in Societatem. Quia tunc perinde profusus sunt saeculares, ac si nunquam in Societatem ingressi essent. De quibus votis dicemus cap. sequenti.

25 Quando autem fuit in Societate Jesu, sive a quavis alia religione, ejiciuntur post professionem, sic distinguendum est. Si ejectione fuit iniusta, ita ut Praetuli consentiant eos admittere, poterit irritare emissa in religione, & extra illam. Quia talis ejectione iniusta imminuat nullam praebere valet, utpote quae invalida est, & ita manet illi vere subiecti Praetulo. Et idem intelligi, quando ejectione est temporalis, ut quando ob delictum damnantur hi tristemus. Quia adhuc sunt illius religionis membra, & subiecti Praetuli. Sicut quando religiosus ex Praetuli licentia est ad tempus extra religionem: illi enim ex Praetuli licentia sunt ad tempus in tristemus.

26 Sed si ejectione sit iusta, & perpetua, credo ea durante nequire Praetulos religionis irritare vota in religione emissa, est in saeculo non sint confirmata, nedum facta in saeculo. Quia pro tunc est suspensa eorum jurisdictione in illos, utpote qui sunt velut membra abscissa a corpore, & nullatenus subiecti superioribus illius, dum ad religionem non admittuntur.

27 Si tamen ad religionem postea redeant, poterunt superiores horum vota irritare, sive tempore religionis, sive tempore ejectionis emissa, aut confirmata sint. Quod si vere religiosi, professusque manserint, & solum erant suspensa Praetulorum potestas pro eo ejectionis tempore, & dum ad religionem non redierant, ac integrum est superioribus eos ad religionem renovare, dum ad aliam non transierint: Ut haec probavimus libro sexto tractans de voto obedientiae. Quare superior religiosus sic habet respectu horum ejectionum, instar conjugis innocentis respectu adulteri, quem reconciliatione facta potest irritare vota alterius, sive tempore divortii emissa, aut tunc confirmata, diximus numero decimo nono.

28 Octavo deducitur, quid dicendum de religiosis ad aliam religionem transeuntibus, an vota in priori religione facta, nec post transfactam confirmata, aut post confirmata, aut emissa, possint superior prioris religionis irritare. Et quidem quando transfactus fuit illegitimus, ita ut ad priorem religionem redire teneatur, potest superior utraque vota irritare. Quod probat ratio tradita numero 25. de ejectione iniusta.

29 Quando transfactus fuit legitimus, videtur posse superior prioris religionis irritare, sive dum ille est in saeculo expectans, admitti in religionem, & adquam transire intendit, sive dum est novitius in illa. Quia ante professionem in posteriori religione videtur adhuc esse sub potestate prioris superioris, & solum jus probandi posteriori habere. At dicendum est, nulla huius vota, sive in religione, sive post emissa sint, aut confirmata, posse irritare. Quia dum ad priorem religionem non redit, est suspensa superiorum illius potestas.

30 Quod si ante professionem hic redeant ad priorem religionem, potest superior irritare vota in priori religione, & in posteriori, & in saeculo emissa. Quia cum potestas priorum superiorum sit tantum suspensa utique ad professionem in posteriori religione, hac non secuta, reuiviscit reditu ad priorem: Quare ea vota in saeculo aut in novitatu emissa, habent tacitam conditionem dependentem a voluntate prioris superioris, cuius jurisdictione est tantum suspensa, ne hic poterat illa liberari aliter, quam profutendo in posteriori religione.

31 Ultimo deducitur quid dicendum de votis servorum, an irritari possint a domino post libertatem adeptam, quando talia erant, ut tempore servitutis irritari possent, nec sunt post libertatem confirmata. Velentia 2. a. disputat. 6. quest. 6. quest. 6. quaestione ultima, columna penultima, versus. Ad illud autem exemplum affirmat. Quia est eadem ratio ac de votis tempore impubertatis emissis, nec post illam confirmatis, quae irritari possit a patre post pubertatem, sustinuitur n. sexto.

32 At omnino dicendum est non posse, sive servus omnimodam, fuit solum ab eo domino libertatem affectus sit. Quod sustinet Sayro n. 27. Azor, Leonard, Suarez n. 11. in fine, Ferns de Ledema, ubi eos retuli n. 9. Ludov. Lopez 1. p. instrum. Summa Th. Sanchez. Pars II.

Ubi conscientia c. 23. colum. 4. vers. Sed oppositum, Beza in suis responsis 1. p. casu 29. in fine. Atque cum divinitatis rationem inter haec vota, & impuberum omnes hi assignant. Quod dominus irritare vota servum tantum possit, quia reus est obsequio oblectat, non tamen eo quod iudicium illud non sit factum maturum. Quare cum libertate oblecta non oblectat dominum obsequio, cessat irritandi potestas. At pater post vota impuberum irritare, eo quod sint tempore immaturitatis iudicii facta: quae qualitas semper in eis votis manet. At quamvis haec ratio sit bona, facilius tamen, & melior est, quod potestas patris in filium non omnino extinguitur eo adepto libertatem, qualiter extinguitur omnino adepto servum libertatem, simpliciter, aut ab eo domino.

33 Tandem superest explicandum, an vota quae hucusque diximus posse irritari, reuiviscant semel irritata, an sit illa tantum suspensio. Et quidem quando sunt vota impuberum, aut minorum, aut religiosorum iam exemptorum a potestate superiorum, aut ejectionum, aut transeuntium ad aliam religionem, in omnibus casibus, in quibus ea irritare potest diximus hucusque, est vera irritatio, ita ut vota illa non reuiviscant. Quia omnia illa probavimus irritari posse in casibus ibi explicatis, ratione conditionis imbitae in illis. At quando habent, est vera votorum irritatio, ita ut non reuiviscant. Ut probavi cap. 26. num. 4. De votis autem conjugum emissis, tempore divortii, aut tunc confirmatis, aut quando priora irritantur instauratione matrimonii, dixi quaedam cuncti velut ante matrimonium emissa, & illa non poterunt vere irritari, sed tantum suspensi, & sic reuiviscunt. Ut dicimus cap. sequenti de votis ante matrimonium emissis, quae dicimus ibi tantum suspensi posse, quando matrimonio praedjudicant. Alia autem diximus censeri velut facta integro matrimonio, & tunc facta posse irritari, aut suspensi eo modo, quo tunc facta possunt. Diximus autem disjunctive, quia non est praesens quaestio tractare, quae vota possunt conjugum irritare, & suspendere: sed de hoc dicemus in speciali capite de votis, conjugum irritandis.

34 Ad argumenta contraria proposita n. 1. respondetur. Ad primum, & confirm. dicendum est, ad potestatem irritandi, quando sunt tempore plenae subiectionis facta, non oportere, ut maneat omnino eadem subiectio, sed facta est eam aequaliter manere, nulla ex parte materiae promissae mutatione facta. Ut n. 9. explicuimus. Ad secundum constat ex dictis numero 32. ubi discriminis rationem explicuimus.

SUMMARIUM.

- An si superior, ut pater post pubertatem, aut antea, approbet tacite, vel expresse, personale impuberis votum, censetur confirmatum, ut id nequeat post pubertatem irritare? Referunt quidam sententia, n. 35.
- Explicatur sententia Auctoris, & solvantur contraria, n. 36.
- Sola voluntas ratificatio an impubertatem irritandi potestatem? n. 37.
- An sit ratificatio, quando impubes post pubertatem credit votum valere, aut sepe proponit exequi, scias id irritabile? numero 38.
- An habeat locum in hoc eventu tacite aliqua voluntas confirmatio? n. 39.
- Tunc est confirmatio voti, quando repetitur voluntate si dicitur obsequium, n. 40.
- Quid, si hic ignorabat infirmitatem prioris voti, idque esse irritabile, & eius immemor, iterum id post pubertatem emittit? n. 41.
- Quid, si tunc adfuit memoria prioris voti, & pubes vult tunc confirmare etiam prius non valuerit? n. 42.
- Quid, si tunc ea ignorantis, & memoria prioris voti, non adfuerit hic alius effectus? n. 43.
- Quid, si tempore confirmationis immemor fuerit prioris voti, aut immemor praedictae ignorantiae, & erroris? n. 44.
- Quid, si dubium sit de confirmatione prioris voti, aut an fuerit post pubertatem? Remittit n. 45.
- An si quodcumque impuberis votum commutatur post pubertatem in alia personalia opera, possit hoc irritari? Et an sit ratificatio prioris voti, ut id irritari nequeat? Proponuntur utriusque partis argumenta, n. 46.
- Explicatur sententia Auctoris, n. 47. & 48.
- An integrum sit hinc redire ad prioris voti materiam, & possit tunc a patre irritari? n. 49.
- Quid, si impuberis votum personale emittit, implendam post pubertatem, an possit post illam pater irritare? n. 50.
- Quid, si sit conditionale, vel personale, & conditio impleri, aut pena incurritur post pubertatem, an possit id votum irritari? n. 51. & 53.
- An si pubes votis non potest irritari talem, dispensationem, aut commutationem voti tempore impubertatis emitti sit confirmatio prioris voti, & nec hoc, nec illud irritari valeat? numero 54. 55. & 56.
- An sit ratificatio prioris voti, quando ante pubertatem emissum est votum cuiusvis religionis, aut disjunctivum, ut servitium dei non determinatum, & post pubertatem determinatum? numero 57. 58. & 59.

Hh

Questio posterior. Quando votum emissum tempore subiectionis, ut impubertatis, dicatur post illam confirmatum, ut iam a superiore, ut patre irritari nequeat, si fuit votum personale, quod transacta impubertate emissum irritare nequit? Et quidem, nam hac confirmatio potest esse ipsius superioris, ut patris, aut ipsius subditi voluntas. Et confirmatio patris potest esse expressa, aut tacita. Utrumque concessio modum licentiae, & confirmationis, explicuimus hoc libro quarto, cap. vigesimo septimo a numero quadragesimo primo in finem. Atque de hac confirmatione dubium est, an ea sufficiat, ut votum illud impuberis irritari amplius valeat. Quidam affirmant utrumvis illius confirmationis paternae modum sufficere. Ita tradunt *Sayro in elavi regis, libro sexto, cap. decimo, numero vigesimo octavo, Villarcus de officio Sacerdotis, tomo primo, parte secunda, libro tertio, cap. decimo octavo, vers. Quo ad vota filiorum, Suarez tomo secundo de religione, tractatu de voto, libro sexto, cap. sexto, numero decimo quinto, & decimo sexto.* Et explicant *Sayro, & Suarez, siue confirmatio illa fiat a patre, ante pubertatem, siue post illam, utrovis enim modo nequit patrem id votum impuberem, quod confirmat, suspendere, siue ante, siue post pubertatem, si sui gubernationi necesse. Ducuntur autem hic Doctores, quod hac patris potestas fundetur in defectu maritum iudicii reperto in votis impuberum, qui deest, cum de licentia patris potestas non emittitur, ut dicitur, uisus est sua potestate quantum potuit. Ergo nullus eius usus amplius restat. Tertio probat idem, quia iam res illa transit in rem iudicatum. Quarto probat idem, quia iam conditio imbuta in illo voto est plene impleta: quae secundum rectam rationem ita videtur intelligenda, nisi pater contradixerit, vel nisi ratum haberit. Quinto probat, quia aetas ea vota necessarii manent infirma, quamdiu pater superfluo fuerit, quamvis miles ea confirmet: quod videtur absurdum. Tandem, quia illi patris decretum magis videtur declarans id votum esse ratum, & perfectum, quam indulgens aliquam facultatem.*

36 At probabilis est, confirmationem patris in neutra parte sufficere, ut deinceps nequeat id impuberis votum irritare. Ducor, quod licentia, & approbatio superioris non adimant sibi facultatem irritandi vota, sed solum efficiant, ut causa sit necessaria ad licitam irrationem, non autem ad validam; ut satis probauit *hoc libro quarto, cap. vigesimo septimo a numero nouo.* Et quamvis allegati numero precedenti, limitent in impubere votum amplius irritari non posse, etiam intra impubertatem; ut retuli *eo cap. vigesimo septimo, num. decimo septimo.* At *ibi numero decimo octavo, cam limitationem reprobo,* ostendens non omnino suppleri imperfectio nem imbecillitatis iudicii, sed patris consensum. Ergo hac patris confirmatio solum impedit licitam irrationem absque causa iusta, non autem validam absque causa, & licitam cum illa. Nec obstant contraria: quia ad primum iam responsum est. Ad secundum nego patrem tunc nihil esse tota sua potestate, non enim solum concedenda licentia facultatem habet, sed etiam irritandi, non obstante licentia concessa. Sicut Doctores contrarii, & alii multi concedunt in votis subditorum potestatis dominari. Et si id argumentum aliquid probaret, concluderet atque contra ipsos, nullum superiorem posse irritare vota emissa ex eius licentia. Quia iam superior usus est sua potestate, danda licentiam. Ad tertium concedo licentiam illam transisse in rem iudicatum ad hunc sensum, ut non maneat tam libera irritandi potestas, non autem, ut nequeat valide absque causa iusta, & licite cum illa irritare. Et simile argumentum probat etiam contra ipsos, nullum superiorem posse irritare vota ex sua licentia factum. Quia iam licentia illa transit quasi in rem iudicatum, ad quartum nego esse plene impletam illam conditionem. Quia adhuc licentia concessa pendet votum, ut ipsi concedunt in aliorum subditorum votis. Nam eadem ratio contra ipsos concluderet numerum votis. Cum tota potestatis irritandi ratio sit conditio votis implicita: ut probauit *cap. vigesimo sexto numero quarto.* Ad quintum concedo manere infirma, quamdiu pater vivit, dummodo votens non ratificavit pubes factus id votum. At id non est absurdum sicut non est absurdum, quod ipse etiam admittunt, nempe, vota aliorum subditorum manere semper infirma, quamdiu subiecto durat, quamvis superior miles ea confirmet, ac licentiam praebet. Et ideo, vel ea ratio nil probat: vel concludit etiam contra ipsos. Ad ultimum dico id decretum non esse declarans, sed concedens licentiam voti emittendi: siue autem sit declarans, siue concedens, non obstat potestati patris ad id votum irritandum. Et tandem pro hac sententia sunt omnes Doctores n. 9. relati, praeter tres allegatos, qui omnes absolute docent posse patrem post pubertatem irritare vota impuberum non confirmata post illam, & nullatenus confirmationis paternae meminere, quasi illa non impediat, sed solius confirmationis ipsius voluntas, & statim declaratur quando hac fiat.

37 Quare sola confirmatio ipsius subditi post finitam sub-

jectionem tollit superiori potestatem deinceps irritandi. Ut si pubes confirmet votum personale a se tempore impubertatis emissum, non poterit iam amplius patre illud irritare. Quod constat ex dictis numero precedenti. Consulto autem dixi, post subiectionem, & pubes factus. Nam licet antea saepius confirmet votum, illud irritando, nunquam obstat huic potestati irritandi. Ut bene ait *Suar. eod. c. 6. n. 12.* Quia quae cumque illa repetitio sit cum eadem subiectione, & imperfectione.

38 Relat ergo explicare quando censetur confirmatio voti in subdito. Et quidem non reputatur talis, si credat pubes valuisse votum. Quod credere ad intellegendum pertinet, ratificare autem, seu confirmare ad voluntatem. Nec etiam satis est, si ille credens suum votum valuisse, decenter miles id exequi. Quia est propositum hoc sit adus voluntatis, non tamen respicit ipsum votum, aliquam firmitatem, et confirmatur, quia voluntas obligationis seruanda non tribuit ei maiores vires, quam per se habebat. Cum ergo votum illud obliget, dum non irritatur, voluntas illius nondum irritati seruandi nullam nouam firmitatem ei praebet. Sic tradunt *Coquetar, 2. 2. quaestione ultima, articulo quinto, paulo post principium, Nauarr. summa Latina, & Hispana, cap. duodecimo, numero decimo septimo, & Hispana cap. vigesimo octavo, additionem ad eundem numerum septuagesimum primum, & libro quarto, consil. in utraque editione tit. de sponsal. consil. duodecimo, numero quarto, Beza in suis responsis prima parte, casu quadragesimo octavo, vers. Nec etiam alicui potest, Philivus de officio sacerdotis, tomo primo, parte secunda, libro tertio, cap. decimo octavo, vers. Quo ad vota, Azorinus tomo primo institutionum moralium libro undecimo, cap. decimo septimo, quaestione septima, vers. Animaduertendum autem, Leonardus libro tertio de iustitia cap. quadragesimo, dubio decimo, numero septuagesimo, Petrus de Ledsima 2. tomo summa, tractatu decimo, cap. septimo, dubio ultimo, dicto septimo, Valentia 2. 2. disp. facta, quaestione sexta, puncto sexto, quaestione ultima, columna ultima statim in principio, Sayro in elavi regis, libro sexto, cap. decimo, numero vigesimo octavo, Suarez eodem cap. 6. numero decimo octavo, & decimo nono.* Et quamvis Doctores hic videantur a contrario sentire, esse votum confirmationem voluntatem illius exequendi, quando non procedit ex ignorantia infirmitatis prioris voti: at re vera id non sentiunt, nam est nulla ignorantia adde, rationes traditae probant eam voluntatem non esse ratificationem. Et expressè docet *Suar. eodem num. 13.*

39 Ex quo deducitur, tacitam confirmationem non posse habere locum in hoc casu: sed esse semper necessariam, expressam. Quia nulla voti obsecratio, seu executio est sufficiens confirmationis eius signum. Nec obstat tacitam professionem irritae confirmationis induci, exercitio ipsi aduam solis profectus competentium, & vidua, & c. Ad nosiram, de regulari. Ergo similiter exercitio aduam, ad quos id votum obligat, inducit tacitam illius confirmationem, est irritum fuisse, nedum cum fuerit validum. Non inquam, obstat, quia cum profectio irrita non obliget ad illos adus, imo eos interdicit, exercitium illorum vitis indicat animum verè probentem, quo delicti praesumptio vitetur. Secus autem in impubere, quod obligat ad eos adus, dum non irritatur: & proinde ex illis sola obligationis impleta praesumptio capi potest. Et ita hoc docet *Suar. eodem c. 6. n. 13.*

40 Secundum deducitur tunc hanc confirmationem contingere, quando votum illud post pubertatem reintergratur, ac repetitur, volendo denuo ad id obligari. Quod bene docent *Valent. & Azor. allegati n. 38. Suar. eod. n. 13.* Et omnes DD. n. 43. allegandi, qui aliquid amplius petunt. Ut *ibi* declarabimus.

41 Sed ad ampliorem huius confirmationis intelligentiam, sunt aliquae difficultates enodandae. Prima est, An, ut censetur id votum confirmari, sufficit illud denuo transacta impubertate emitti, quando hic ignorat prius votum non fuisse omnino firmum, & irritationi subiectum, ac proinde oportet id scire? Qua in re quadruplex casus spectari potest. Primus est, quando pubes ille immemor prioris voti illud denuo emittit. Et tunc constat esse ratificationem, seu proprius loquendo, nouam voti emisionem a priori independentem. Quare nil prorsus refert ignorantia, aut error infirmitatis voti prioris. Quia cum id non fuerit causa huius nouae voti obligationis suscipiendae, cum nulla tunc prioris memoria adfuerit, ea ignorantia, & error nullatenus concurrerunt ad posterius votum, ut vel sic abluerit voluntatem vouendi.

42 Secundus est, quando tunc adfuit memoria prioris voti, & pubes ita acceptum, & gratum illud habuit, ut expressè voluerit tunc id confirmare, etiam si ab illa tempore non valuerit. Et in hoc quoque casu erit confirmatio prioris voti, non obstante infirmitatis illius ignorantia. Ratio est, quia tunc ea ignorantia, & error, non auferunt voluntarium, ut vel hic confirmationis valorem impediant. Quippe hic expressè voluit hanc confirmationem praeterea, etiam si prius votum utique tunc non valuerit. Praeterea, quia si conjux ignarus nullitatis prioris matrimonii, instante altero conjugis illius conficio, sic consentient, *velo te in conjugem, etiam si prius matrimonium fuerit irritum, valebit ex tunc altero quoque sic volente.* Ut late probauit libro

libro secundo de matrimonio, disputatione trigesima sexta, numero quinto, conclusio secunda. Ergo idem in praesenti est dicendum. Et sic videtur tenere, *Nauarr. utroque loco summa, Beza, Sayro, Philivus, allegati, numero trigesimo octavo, Ludovicus Lopez 1. p. infrascriptis consensio cap. 48. columna 4. vers. Votum solenne, & vers. Sed oppositum, in fine, & columna quinta, vers. solenne hinc patet, ubi indistinctè dicitur esse confirmationem prioris voti, quando ratificans vult expressè valere in posterum, quamvis utique tunc non valuerit. Et in propriis terminis docet *Leonardus eodem numero, trigesimo octavo* relaxatus.*

43 Tertius casus est. Quando memor prioris voti id confirmat, ignorans illud posse irritari, aut credens id omnino firmum, nec habuit cum reflexu adum, volo, ut ex nunc valeat, aut ex nunc sit firmum, est prius non valuerit, aut non fuerit tale: & tunc existimo non esse voti confirmationem, ac proinde non impediri potestatem irritandi. Ducor, quod ea ignorantia tollat voluntariam confirmationem ex ea procedentem. Praeterea, quia confirmatio professionis irritae, aut matrimonii irriti non valet, latente nullitate prioris confirmationis. Ut latissime cum multis probauit *lib. 1. de matrimon. disput. 16. n. 7. & lib. 2. disp. 34. num. 2. & disp. 36. num. 3. & lib. 7. disp. 6. num. 9. & disp. 37. num. 59.* Et ideo hanc partem tunc expressè *Nauarr. lib. 4. consiliorum, in utraque editione tit. de sponsal. consil. 12. numero quarto, ibi: Ut votum factum ante pubertatem censetur ratificationem, ut a parentibus irritari nequeat, oportet, ut sciens illud a principio fuisse irritabile, ratificet. Et summa Latina cap. 12. num. 71. ibi: Oportet ut sciat esse nullitatem.* Et *Ludov. Lopez eodem cap. 48. columna secunda vers. Votum religiosum, ibi: Si ratificet illud sciens deus.* Et *Leonardus citatus numero 38. ibi: Ut quis censetur votum ratificare, necesse est, ut sciens esse invalidum, velit esse validum.*

44 Ultimo casus est. Quando id confirmat, memor prioris voti, & ignorans id esse irritabile, aut credens non esse, immemor tamen profectus huius ignorantiae, aut erroris, quia nec meminit, nec considerauit id esse firmum, nec ratione prioris voti ductus est ad eius confirmationem: & tunc existimo, esse veram confirmationem. Ducor, quod tunc nec ignorantia, nec error, nec prius votum fuerit huius confirmationis causa: ac proinde idem est, ac si independenter ab illo votum emitteret. Et hic casus a nemine negabitur. Consulto autem ea verba addidit, *nee ratione prioris voti ductus est ad eius confirmationem:* quia si ratione illius decreuerit ad idem votum repetendum, credendum esset, ignorantiam illam habitualement, errorremque in causa fuisse, quamvis adu tunc memoria illius defuisset, siquidem emisso prioris voti impulit ad confirmandum. Et ideo non erit legitima confirmatio auterens irritandi potestatem.

45 Quoties autem est dubium, an votum sit confirmatum, aut id accidit post pubertatem, dicemus c. 32. ubi tractatur, quando est dubia irritandi potestas.

46 Secunda difficultas. An si quaecumque impuberis votum legitime commutetur, propria, aut superioris auctoritate, post iam pubertatem adeptam, in opera aliqua personalia, ut in ieiunia, censatur voti confirmatio, ita ut nec prior materia, nec subrogatum loco illius possit patet irritari? Et videtur posse operam personalia subrogata irritari. Quia subrogatum sapit naturam eius, cuius loco subrogatur, l. *Unica C. de rei uxoria actiois.* Quod est verum, etiam si subrogatum sit alterius naturae ab eo, cui subrogatur. Ut tradit *Everardus in suis capit. loco de vi subrogationis, numero 2.* Ad votum circa priorem materiam poterat a patre irritari. Ergo & poterit circa posteriorem subrogatum. Secundo, quia est posterior materia ex se non subiacet huic irritationi, subiacet tamen per accidens, ratione prioris materiae, cui subrogatur. Cum enim vinculum prioris voti non extinguitur, sed idemmet in aliam materiam transeat, peruenit quasi in virtute in materia, in quam commutatur. At in contrarium urget, quia iam votum, iam pubes factio transit in alterius materiae obligationem. Ergo commutationis acceptio est quasi noua voti emissio circa hanc posterio rem materiam, & cum sit personalis, ac post pubertatem accepta, nequit a patre irritari. Secundo, quia est posterior materia subrogatur priori, non tamen sequitur omnino eius naturam. Quod inde constat: quia si votum castitatis auctoritate Pontificia commutetur in ieiunia, votum circa priorem materiam erat reseruatam, non autem est circa materiam subrogatam. Insuper si prius votum a seruo emissum praedicebat domino, poterat ab ipso irritari, non tamen poterit commutatione facta in materiam non praedicebantem.

47 Sed ita distinguendum existimo. Si hic sciens prius votum irritari posse, & huius memor acceptum commutationem, transacta impubertatis tempore, est prioris voti confirmatio, ac proinde nullatenus irritari potest. Quia cum conficius remediis facilius noluerit eo uti, sed transulerit prioris materiae obligationem ex voto in posterio rem, censetur confirmare omnino prius votum, volens prius ipso ligari, est circa nouam materiam. Si vero ignorat, aut proliis immemor fuit, non est confirmatio prioris voti. Constat, quia iterata prioris voti emissio cum hac ignorantia, aut obliuione, non est eius confirmatio, ut diximus

numero quadragesimo, & quadragesimo quarto nedum hac commutato.

48 Quamuis autem non sit confirmatio voti prioris in hoc posteriori casu: nequit irritari votum huius posterioris materiae subrogatae. Quia votum huius materiae personalis naturam subiectum est potestati irritandi competenti patri: cum eius obligatio sit post pubertatem assumpta. Nec eius subiectio concluditur ratione subrogationis materiae prioris subiectae. Ut probat ultima ratio adducta *num. 46.* Quare regula illa, *subrogatum sapit naturam eius, cui subrogatur,* debet intelligi, persequerantibus rebus in eodem statu. Quod hic non contingit, prior enim materia accepta est tempore habili, nempe, impubertatis, quando votum est emissum: posterior autem tempore inhabili, nempe post pubertatem, quando commutato acceptata est. Et hinc manet soluta duplex prior ratio adducta in contrarium numero quadragesimo sexto.

49 At potest hic vouens redire ad prius votum, modo explicando infra, tractando de votorum commutatione: & tunc cum eisdem naturae maneat votum ac ante commutationem, utpote quod per illam commutationem non est confirmatum, ut diximus numero quadragesimo septimo, poterit irritari, non aliter quam si commutato non esset facta.

50 Tertia difficultas est. An si impubes votum personale emittat, implendum tempore pubertatis, aut conditionale, siue peronale, cuius conditio post pubertatem fuerit, aut pena tunc incurratur, censetur emissum post pubertatem, aut saltem conditione illa voluntarie tunc apponita, ita ut deinceps patet illud irritare nequeat? In hac quaestione vari casus considerandi sunt. Primus est. Quando impubes aliquid personale vult implendum post pubertatem, ut *casu siue pubes ingrederet religionem.* Atque huiusmodi votum, dum post pubertatem confirmatum non fuerit, poterit a patre irritari, quocumque tempore transacta. Ratio est, quia hoc votum est verè ab impubere emissum, & habet illius aetatis imperfectionem: & ideo tamquam votum impuberis diximus *cap. precedenti numero tertio,* posse irritari a patre. Cum ergo nulla mutatio in ipso facta sit aduentu pubertatis, poterit pater illud irritare post pubertatem, sicut de reliquis impuberum votis diximus numero nouo.

51 Secundus casus est. Cum conditio non ponitur per modum pena, nec eius impletio pendet a vouentis voluntate, ut si impubes voueat religionem, si Deus aliquo beneficio petrio illum auferat, & tunc etiam impletur conditio post pubertatem, subiectet irritationi paternae post illam perinde ac si tempore impubertatis impletur, nec ea transacta confirmatum esset. Quia re vera id votum est ante pubertatem emissum, & ex tunc cepit obligare, dependenter tamen a conditionis euentu. Nec euentus eius conditionis tunc contingens est noua voti approbatio: cum nulla noua voluntate posita eueniat conditio.

52 Tertius casus est. Quando ea conditio non per modum pena imposita pendet a vouentis voluntate, & tunc si ponat conditionem post pubertatem immemor voti, potest irritari. Quia cum nulla voti memoria habitae sit, nequit esse illius confirmatio. Si autem memor voti, non poterit irritari. Ut si impubes promittat se recitaturum calculos virginicos, si imaginem Virginis inuulerit, aut quando eam inuulerit, & memor huius voti inuulerit, nequit irritari, eo post pubertatem inuulerit. Quia cum obligatio pendeat ex conditione, quam ipse voluntarie ponit, & eam non ponens vitet obligationem, eo ipso quod memor voti ponit conditionem, acceptat voluntarie priorum precum promissarum obligationem, & cum hac obligatio sit post pubertatem obligationem, nequit a patre irritari. Atque hoc procedit, etiam si ignoraret id votum irritari posse. Quia cum nullam vim obligandi habuerit, nisi dependenter a sua voluntate ponente conditionem, nequit dici esse ignorantia infirmitatis prioris obligationis hac posterior assumpta, & sic esse involuntaria. Quae est ratio, cur noua voti prioris emissio, eiusque confirmatio ex hac ignorantia procedens, censetur inuoluntaria.

53 Hoc autem intelligendum est cum duplici limitatione. Prior est, quando conditio non habuit tractum successivum, ut quia fuit posita semel ea conditio, votum recitandi eas preces. Quod si habeat tractum successivum, non poterit irritari votum quod ad illam solum vicem, quae voluntarie conditio est apponita. Ut si fuit recitandi, quoties vouens inuulerit templum Virginis, non obstante ea inuisione facta tempore pubertatis, poterit pater irritare votum, ne deinceps inuulerit tenatur ad eas preces. Quia solum impleta est conditio, & assumpta voluntarie post pubertatem obligatio precum pro illa vice: quare reprobetur aliarum nil nouum additum est voto, praeter id, quod tempore impubertatis habebat. Posterior est, ut intelligatur, quando voluntas amplius conditionem illam, ut praeviam ad complendam voti obligationem, id est, ex directo ad rem promissam affectu. Et ratio est, quia cum confirmatio voti prioris nouam circa illud voluntatem exigat: nec sit noua voluntas, quando non amplius conditionem, ut referatur ad votum, illudque respicit, sed per accidens se habet ad illud, tunc enim

est sola indirecta voluntas; & solum permittiva antiquae obligationis, non ea sufficit; ut prius votum dicatur confirmatum. V.g. votum impubes non futurum, aut non fornicatum, sub poena ingrediendi religionem; si pubes factus succumbens passioni ludat, aut fornicetur, & sic quasi impleta conditione teneatur ad religionem, non est confirmatio prioris voti, & ita poterit pater irritare. Quia etiam quod atinet ad rationem culpe, admittit illa conditio, nempe, ludi, aut fornicationis, licet voluntaria, alias vacaret culpa; ac quatenus conditio necessaria, ad voti obligationem, fuit involuntaria. Nam nullatenus voluit obligari poena promissa, quin potius altam odio habuit, & tantum indirecte; & quasi permittit censetur volita obligatio ad poenam. Atque extra votum poenale id quoque contingere potest. Ut si quis votum preces aliquas, quoties intret templum B. Virginis, & postea non effectu illarum precum, aut voti implendi, sed curiositatis, aut recreationis, aut alterius cuiuscunque rei causa illud tendit, non dicitur confirmatio prioris voti, ob rationem traditam.

54. Quarta difficultas est. An si post subjectionem, ut post pubertatem, emittatur votum non petende irrationis, dispensationis, aut commutationis voti personalis emissi ante pubertatem, censetur illius ratificatio, ita ut deinceps non subdatur irrationi, cui prius subiacebat? Et quidem manifestum est, hoc posterius votum irritari non posse. Quia post pubertatem fuit emissum. Quare etiam diceremus non censeri confirmari prius votum, non liceret huic irrationem prioris petere, non impetratis prius dispensatione, aut commutatione huius posterioris voti. Quia cum petendo contraenitur huic: scilicet quando superior propria sponte irritare. At in utroque casu esset valida irritatio, si postea concederetur. Quippe violatio posterioris voti non impedit valorem irrationis, sed tantum efficit, ut contra ipsum illius non petende delinquatur. Quod si effectus votum non petende dispensationis, aut commutationis, non esset opus dispensationis huius voti ad petendam prioris irrationem. Cum exclusis dispensatione, & commutatione non excludatur irritatio, utpote que longe diuersa est.

55. Sed difficultas est, an possit deinceps irritatio prioris illius voti concedi? Et existimo, si votum fuit non petende irrationis, censeri prius confirmatum, ita ut iam irritari nequeat. Quod satis innuit Suarez *romo secundo de religione, tractatu de voto, libro sexto, cap. sexto, numero decimo tertio, in fine*, ubi tradens quando censetur votum confirmari, hæc ait: *Necessaria est expresse confirmatio per voluntatem, qua quis delibet non amplius velle irritari, sed absolute obligari*. Quia cum pubes ille sponte sua se hoc remedio per posterius votum prius, censetur velle suum prius votum esse deinceps abolitum, & non subiacere irrationi. Sed obijciat: vouens se non petitarum alicuius voti dispensationem, non censetur dispensationem excludere, ut amplius ea concedi nequeat: ac ita obtenta posterioris voti dispensatione, potest eam prius petere. Ergo similiter vouens post pubertatem non petere irrationem prioris voti, poterit eam petere obtenta posterioris dispensatione. Respondetur longe disparere esse rationem: quia vouens nequit ardeat dispensandi potestatem superioris, & ideo non censetur id remedium omnino excludere, quamuis enim id vellet, non potest. Sicut nec subiectio dominative alicuius potestatis, potest in votis pro tunc emissis ardeat potestatem domini ad irritandum. At cum post subjectionem, ut post pubertatem, sit integrum puberi excludere facultatem irritandi voti emissi ante pubertatem, quando fuit personale, illud confirmando, censetur eam excludere eo, ipso quod posteriori voto se arctauit ad non petendam irrationem. Quod necessario intelligi debet, quando votum fuit non petendi, id est, non utendi irratione. Si enim fuit solum non petendi, ut verba sonant, non est ratificatio voti. Quia per id votum non omnino excluditur irritatio; si enim superior propria sponte, aut alio petente irritaret, nil argretur contra votum illud, utendo irratione. In dubio autem est iudicandum iuxta sensum verborum, ut per votum non petendi, sola petio excludatur, & sic non sit confirmatio voti.

56. Quando autem votum posterius fuit solum dispensationem, & commutationem excludens, non est prioris voti confirmatio, & ita poterit irritari. Quia ut ille fuit confessus, & memor remedii irrationis, & cum id non excluderet, est apertum signum eum noluisse, ita votum suum confirmare, quia irrationis remedium sibi maneret. Si fuit immemor, aut ignarus, nec verbis, nec intentione irrationem excludit.

57. Ultima difficultas est. An sit confirmatio prioris voti, quando ante pubertatem emissum est votum vagum, seu rei indeterminatæ, ut religionis, aut discipulatus, ut calitatis, vel religionis, aut ieiunandi quadam die minus anni, non determinando diem, & factus pubes determinat religionem, vel partem discipulatus, vel diem? Et quidem si ea determinatio talis sit, ut non cadat sub voto, sed fuit solo proposito, ita ut adhuc variare liceat: certum est non censeri prius votum confirmatum. Cum solum sit propositum illius exequendi in ea re determinata. Quod non sufficere diximus

ant. 38.

58. Si autem determinatio cadat sub voto, ita ut amplius variare non liceat: quod quando contingat, & quid in dubio iudicandum sit, satis diximus *lib. 4. cap. 13. si hic ignarus*, aut prius immemor potestatis irritandi prioris voti, determinatio illud, non est confirmatio. Quia non censetur excludere remedium, cuius ignorantia, aut oblitio fuit.

59. Difficultas vero procedit, quando memor fuit. Videtur enim tunc confirmatum. Quia cum vouens se de nouo ad eam partem obliget, & recordatus remedii irrationis, censetur cedere iure irrationis, & votum suum ita confirmare, ut irrationi non subdit. Ex alia parte videtur non esse confirmatum. Quia est noua voti obligatio: virtute enim prioris tenebatur ad partem sic electam, non quidem determinatam, sed vagam ad unam, vel ad alteram partem: & quod post pubertatem est factum, solum fuit vagam illam voti obligationem determinare. Quare cum non sit nouum votum, sed sola prioris determinatio, inducit eandem prioris voti conditionem, quæ est irrationi subiacere. At placet esse confirmatum. Quia est quasi noua voti emissio. Ut dicitur *c. 40. n. 43.*

CAPUT XXXI.

Qualiter vota emissa tempore, quo vouentes erant sui juris, irritari valeant a potestate dominativa superueniente?

SUMMARIUM.

An vota ante subjectionem emissam possint perfecte irritari, ita ut non reuocentur? Refertur que dam sententia, n. 1.
 Non possunt perfecte irritari, sed reuocantur, num. 2.
 Quis de votis emissis ante ingressum religionis? n. 3.
 Quis de emissis ante ingressum in Soc. Jesu? n. 4.
 Quis de votis impuberes, & ipsius impuberes, quando tempore voti erant sui juris, vel sponsa illa sub patris cura? numero 5.
 An possunt vota ante subjectionem emissam, irritari indirecte, seu suspensam? n. 6.
 Quis de votis ante Episcopatum, vel beneficium factis? numero 7.
 Cur Episcopatus non dissoluat vota antea facta, sicut possessio? numero 8.
 Quis de votis, que uxore ante matrimonium emisit? n. 9.
 Quis, si ea vota sunt realia? n. 10.
 Quis de obligatione homini facta ante matrimonium? numero 11.
 Quis de votis emissis a viro ante matrimonium, an uxor possit ea suspendere? n. 12.
 Quis de votis realibus puberum emissis, quando nec patrem, nec curatorem habebant? n. 13.
 Quis de votis seruorum factis ante seruitutem? n. 14.
 An superioribus his dantibus iterum licentiam, aut finita eorum potestate, teneantur predicti subditi ad vota? numero 15.
 An vota coniugum tempore divorcii, aut religionum tempore Episcopatus, aut quo sunt exempti, aut electi, aut in trinitibus, aut nouiti in alia religione, ad quam transierunt, reputentur facta tempore subjectionis, ita ut perfecte irritari valeant? Remissio numero 16.
 An vota conditionalia emissam tempore sui juris, quando conditio impletur tempore subjectionis, vel emittuntur pro tunc implenda, reputentur tanquam eo tempore emissam, & sic possunt perfecte irritari? n. 17. & 18.

V. Ega. 2. *romo summa c. 129. casu 20. ad fin.* loquens de votis uxoris emissis ante matrimonium, dicit ea irritata a viro non reuocantur. Et probat, quia obligatio semel extinda non reuocatur. Sed supponit probandum, nempe posse ita irritari, ut obligatio prioris extingatur.

2. Prima tamen conclusio sit. Vota ante subjectionem emissam nequeunt proprie, & directe irritari, ita ut non reuocentur. Constat ex regula tradita *lib. 4. c. 26. num. 5.* ubi late probauit, vota non habentia conditionem imbitam pendente ex superiori consensu non posse irritare. At huiusmodi sunt hæc, utpote que absolute facta sunt; nec voluntas pendebat ab alio, cui subiecta esset. Atque ita loquentes de votis coniugum ante matrimonium emissis, tenent Archid. *c. Noluit 33. q. 5. num. unico*, & ibi Bellamera *num. 1. Rosella verbo Votum 2. num. 7. Nauarr. summa cap. 12. numero 61. Alexander in suo Enchiridio l. p. ubi de potestate confessoris c. 5. num. 159. Philareus de officio sacerdotis, *romo 1. p. 2. lib. 3. cap. 4. §. Sed maior difficultas*, Lud. Lopez *l. p. instruct. conscientia, caput. 46. §. Mulier uxor*, Grassi *p. 2. decisio num. lib. 2. cap. 12. numero 31.* Et quamuis non loquantur de aliis, at eadem est in illis ratio. Idem tradit Suarez *2. rom. de relig. tract. de voto, lib. 6. c. 6. num. ult.**

3. Excipiunt tamen vota ante religionis professionem emissam, siue in nouitiu, siue in seculo, quæ si per professionem non extinguantur, possunt post professionem irritari perfecte a superioribus, non aliter, quam si post professionem emissam essent. Ut optime docet Sylv. *verb. Votum 4. q. 7.*

q. 7. dicto 3. reddens optimam rationem, quia si professus in instanti professionis non habuit voluntatem non extinguendi ea per professionem, extinguuntur utique per illam. Si autem eam voluntatem tunc habuit, reputantur ac facta post professionem, ac proinde tempore plenæ subjectionis. Sicut tradit Doctores peccatum prauæ dispositionis commissum in baptismo reputari tanquam admissum post baptismum, & ita subijci sacramento penitentiae.

4. Hinc deducitur non posse superiores Societ. Jesu irritare vota in seculo, aut in nouitiu emissam eorum, qui sola bienniui vota, aut coadiutorum formatorem in ea emiserunt. Quia sunt vota emissam ante subjectionem, nec commutantur in ea vota, nec per ea extinguuntur. Quare iure optimo in *canone 22. primis congregat. Soc. Jesu, & Regula 23. magistri nouitiorum*, dicitur vota hæc manere suspensa, dum hi in Societate perseverauerint, & iis egressi renouiscere. Quod intelligendum est, nisi post professionem egerint. Quia cum per professionem penitus omnia vota antea facta extinguantur, nequeunt renouiscere.

5. Possent etiam quispiam excipere vota impuberum sub nullius potestate tempore voti existentium, ut possit tutor postea intra impuberatem datus ea irritare: eo vel maxime, quod ut videmus in speciali capite de votis filiorum irritandi, nonnulli asserant quoscumque habentes impuberes parentibus, & tutore delicturi curam, possit eorum vota irritare: & semper libi uisus cura sit, atque ideo eius votum tempore habent conditionem imbitam pendente ex consensu superioris. At quamuis hoc valde pius sit, caret fundamentum. Quia nullo iure, aut consuetudine probatur hec ius, cui pupillus famulatur, aut eius pædagogum habere dominium voluntatis pueri, & de solis parentibus, & tutore id statutum est, alias possent illi eum offerre religioni, & eum ingressum abique eorum licentia reuocare; & contra ius legitimum auctoritatem prætare. Quæ competent habentibus dominium eius voluntatis. Cum ergo tempore voti voluntas illius impubers nulli fuerit potestati dominative subiecta, erunt abolita, nullamque imbitam conditionem, ac proinde non poterunt perfecte irritari a tutore postea dato, iuxta dicta *numero secundo*. Quando autem impubes tempore voti erat sub alterius dominative potestate cura, licet præsens sit distincta moraliter, habet majus fundamentum exceptio. Atque ita Suarez *romo secundo, de religione, tractatu de voto, libro sexto, capite sexto, numero ultimo*, dicit vota emissam a puella impubere, dum esset sub patris potestate, si postea malicia suppleat ætatem, aut ex dispensatione Pontifici nubit, posse intra eandem ætatem pupillarem a marito irritari: præsertim si iam pater mortuus est. Quia succedit loco tutoris maritus. Et ideo ait esse uiuente patre, si iam filia est emancipata, & in domo ipsius, propter eandem rationem. Adde autem, si iam exiit pueritiam, & pubes facta est, non posse virum irritare potestate id votum, sed solum patrem. Quod iam vir non fingatur videtur, pubes enim est tutela incapax. Probat præter partem auctoritate D. Augustini *lib. 2. quæst. quinquagesimali sexta*, in *Numero*, & habetur *cap. Noluit trigesimalis*, quæst. quinta, ubi: *Ita si alibi inuapra concesserit pater vota perfectioris, si antequam perfectioris nuptiarum, & viro eius hoc cogitauerit non placuerit: non possunt, & hoc omnino sine peccato*. At hoc testimonium non probat id de sola impubere uita, nec restringit intra impuberatem, sed uniuersaliter loquitur de votis ante matrimonium emissis, & ideo non loquitur de perfecta irratione, sed de suspensione, de qua dicemus *numero sequenti*. Et ideo potius placet id votum nunquam posse irritari a marito. Quia nec re vera est tutor, nec in tutoris officium succedit: sicut quando maritus est pubes, minor tamen, non succedit in curatoris officium. Et quamuis prius votum penderet a voluntate dominatiua patris; at dominatiua viri potestas est moraliter diuersa. Et ideo iuxta dicta *c. 28. n. 5.* nequit irritare vota pendencia ab alia potestate dominatiua.

6. Secunda conclusio. Vota ante subjectionem emissam possunt irritari imperfecte, & directe, id est, suspendi a potestate sequenti dominatiua, quatenus obsequio ei debito præiudicant. Constat ex dictis *c. 24. n. 4.* ubi probauimus eiusdemque subditi vota sic posse irritari a superiore. Quia subsequens iustitiam obligatio ratione nouæ subjectionis, non potest illa voti executione impediri. Constat etiam ex corollariis hinc inferendis.

7. Hinc deducitur primo, vota ante Episcopatum, aut benedictionem exigens residentiam emissam posse a Pontifice, & ab Episcopo superiore beneficiari, irritari indirecte, seu suspendi, quando muneris suscepto præiudicant. Quia præuolat ius superioris, & obligatio iustitiae contracta ex munere suscepto. Quod satis significat Turres. *cap. Non oportet, el. 1. num. unico de confer. d. 5.* ubi ait non teneri hos id votum equei contradicente superiore. Et in propriis terminis docet Suarez *romo 2. de sig. tract. de voto, lib. 3. cap. 4. num. 11. & li. 6. c. 2. num. 9.*

8. Quod si quæras, cur Episcopatus non extinguat omnia vota antea emissam, cum sit perfectior status religio, cuius professio ea extinguit? Respondet bene Suarez *cod. c. 2. nu. 9.* rationem esse, quia id fieri nequit abique iure aliquo positio, aut consuetudine vim juris habente. Neutrum autem reperitur in statu Episcopali, sicut reperitur in religioso. Quippe est status Episcopalis sit perfectior, ac extenditur a religio

so quo ad subjectionem voluntatis superiori, & quo ad votorum onera, & religiosum iulitutum seruanda. Et ideo magis liberari debuit religiosus prioribus votis, & oneribus voluntariis.

9. Secundo deducitur, vota ab uxore ante matrimonium emissam posse a viro irritari indirecte, id est, suspendi. Quod probat ratio adducta *n. 7.* Idem etiam locus *D. Augustini Relatus n. 5.* Et videtur clarè tenere Hoff. *summ. 17. de voto, §. Quis uocare possit, num. 7. vers. Uxor etiam*, Anton. *cap. Scriptura 14. n. 3. de voto, ubi Abb. n. 8. Card. ibi, qu. 15.* Anchar. *num. 14. Nov. n. 6. D. Anton. 3. p. 11. 1. cap. 22. in initio*, Rosella *verbo Votum 2. n. 7. Ang. verbo Votum 2. n. 11. lex regia 8. tit. 8. parte 1.* ubi dicitur uxorem non debere implere vota ante matrimonium facta, contradicente viro. Et docent expresse Hugo *c. Noluit 33. quæstio quinta*, & ibi Archid. *numero unico*, Bellamera *latim in principio, Turres. cap. Sui quodam 17. qu. 1. num. 9.* Vincentius *in speculo doctrinali, romo 2. lib. 9. c. 6. Sylv. verb. Votum 4. q. 2. dicto 1.* Abulensis *capit. sexto, Matthæi quæst. 149. Nauarr. summ. Latina cap. 12. n. 65. in fine*, Silesia *cap. 28. additio ad eundem numerum 65. Monaldus summa, tractatu de voto titulo de votis conjugatorum, versio. Sed nunquid possunt*, Aragon. *2. 2. quæst. 81. artic. 8. fol. 1020. Azor. romo primo instr. moral. lib. 11. c. 17. q. 14. & 2. Valentia 2. 2. disputat. sexta, qu. 6. puncto 6. qu. ultima*, Grassi *p. 2. decisio num. lib. 2. c. 12. numero 45. Manuel 2. romo summa c. 90. n. 10. Scaccia qu. 3. de voto num. 75. Emmanuel Sa summa, verbo Votum, ubi de votis irratione, num. 1. Sayro in clauis regia, lib. 6. cap. 10. num. 11. & 19. Suarez dicto lib. 6. cap. 4. num. 16. & c. 6. num. ultimo. Philareus, & Alexander, relati *num. 2.* & quamuis non omnes hi Doctores explicent hanc esse indirectam irrationem, seu suspensionem, ita sunt intelligendi. Ut bene docet Suarez *co cap. 6. numero ultimo*, & tradunt Doctores *romo 2. relati*. Atque cum hæc potestas non fundetur in dominio supra materiam tempore voti promissam, nec supra aliquam conditionem imbitam in his votis, sed tota sit ratione præiudicii præsentis subjectioni, non poterit vir suspendere vota, quæ præsentis matrimonio non præiudicant. Ut bene tradunt Archid., Monaldus, Silesia, Azor, utroque loco, Sayro *num. 19. Suar. utroque loco*. Quod verum credo, est dicimus virum posse irritare omnia vota post matrimonium emissam: quia in his voluntas tempore voti est subiecta. Nec poterit vir suspendere votum castitatis ante matrimonium ab uxore emissum. Quoniam iam votum continet duo, nempe, non exercere adum venerem, & nec reddendo, nec petendo. Quo ad primum, non indiget irratione. Nam fortiori matrimonii vinculo confringitur reddendo. Quo ad secundum autem suspendi nequit a viro. Quia materia petendi non est viro subiecta, ita ut prohibere possit, aut præcipere debiti petitionem, sed mulier est libera, & juris in hoc.*

10. Et quamuis videatur non posse virum suspendere vota realia ante matrimonium facta, sed iudicandum ac de aliis debitis ante matrimonium contractis ab uxore. At probabilis est posse. Quia cum administratio omniau bonorum uxoris spectet ad virum durante matrimonio, executio eorum votorum præiudicat huic administrationi, & ideo ratione huius præiudicii potest vir suspendere. Nec est simile de debitis contractis erga hominem. Ut *n. seq. dicimus*. Atque ita tenet Suarez *co lib. 6. c. 4. n. 16.*

11. Secus autem est de obligatione erga hominem contracta ab uxore ante matrimonium, non enim poterit vir aliquid circa illam, propter ius hominis acquisitum. Et sic docent Hugo, Archid., & Bellamera *relati numero nono*. Nec mirum id esse debet, nam filiusfamilias pubes obligatur sine consensu patris naturaliter, & civiliter, ita ut pater reuocare nequeat. At reale eius votum potest pater reuocare. Contra rationem tradit Glossa *l. 2. verb. Non obligantur filii de pollicitari*. Quia iuratus agitur cum Deo; quam cum hominibus, *l. Celsus ff. de receptis arbitris*. Sed melior ratio est, nullo iurecunctum esse, ut contractus illius gesti cum hominibus imbitam conditionem pendente a patris consensu, sicut est in votis. Sic ergo est vir nequeat suspendere contractus ante matrimonium ab uxore initos, poterit tamen vota realia. Et potest esse ratio, quam in filiusfamilias tradidit Glossa: nam tradita a nobis nequit habere locum in hoc casu. Cum ea vota, & contractus uxoris ante matrimonium facta ita absoluta sint, ut nullam habeant a viri consensu conditionem ineluctam.

12. Tertio deducitur, vota a viro ante matrimonium facta posse quoque ab uxore suspendi, si dampnum sibi inferant, & proinde pro tunc non obligantur. Quia obligatio religionis contracta ante matrimonium nequit præiudicare obligationi iustitiae confurgenti ex nouo matrimonio. Atque huius sententia videtur Antonius *c. Scriptura, n. 3. de voto*, & ibi Abbas *n. 8. Anchar. n. 14. Rosella verbo Votum 2. num. 10.* ubi adiunt neutrum conjugum teneri vota exequi alio contradicente. Et tenet expresse Suarez *cod. lib. 6. c. 4. n. 16.*